



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &  
Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Confessarij in audiendis Confessionibus scopus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

fessiones Sacerdotes excipit, ostium apertum fit, ita ut ab ijs, qui in vicinis locis agunt, conspici possit.

Extra eam necessitatem confessiones mulierum non audiant, ne etiam si vel leuiter illæ reconciliari tantummodo vellent, præterquam in templo, & sedilibus ad id destinatis, sed neque tum quidem eo loco; nisi post orum solis, & ante eius occasum audiantur.

In illis ipsis sedilibus quotidiano ritu confessiones audiuntur, etiam virorum, si qui solent in templo confiteri: Hanc ob causam omnibus in templis sedes huiusmodi tam multæ construantur, quæ multi solent esse Confessarij; sint autem omnes ad eam formam exædificatae, quemadmodum ordinauimus, generatim eas debere construi.

Constituantur autem prædictæ sedes loco tam aperto, ut ex omni parte conspici possint, quod si præterea locus habet talis possit, ut obstatum aliquid intercedat, & ut dum quis cōfiteretur, interea cæteri à spatijs plus æquo propinquis arceantur, id fiat, ubi vero malus mos aliquid obtinet, Confessarij partes erunt sedem ipsam loco mouere, simul & populum nimis vicinum ante quam considerat propellere, quod item faciet, dum in confessionibus versatur, si occasio requiret.

*Confessarij in audiendis Confessionibus  
scopus.*

Confessarius in huius Sacramenti administratio[n]e, sic animi sui propositum ordinet, ac dirigat necesse est, ut nullum eum intuitus homan-

nus

nus eo perstrahat, sed sola Dei gloria, & anima-  
rum salutis desiderium: quocira quoties vel e-  
 vocabitur ad confessiones audiendas, vel ad eas  
 sese conferet, totus in Deum erectus, cum ipso  
 opere mentis oculos in hunc finem coniiciat, &  
 diligenter attendat se eo pergere, ut pœnitentes  
 prætiosissimo Salvatoris nostri Iesu Christi san-  
 guine abluat, ac mundet.

Sed quia in huius Sacramenti tractatione  
 multa inueniuntur pericula, ne scilicet errent  
 in varijs quæstionibus, & obligationibus deci-  
 dendis, quæ in illud forum veniunt, vel abso-  
 lutionis gratiam re ipsa indignis impertiant, vel  
 aliquo modo animam suam inquinent, dum  
 multorum inquinamenta, fœditatesque audi-  
 te necessarium est, nunquam ad tantum hoc  
 officium sese Confessarius accingat, quin prius  
 breui aliqua oratione, prout res feret, lumen  
& gratiam à Domino petat, ut non solum in nul-  
 lam reprehensionem vel errorem incidat, ve-  
 rum aliorum sordes sic abstergere valeat, ut se  
 ipse non polluat: simul etiam Deum orabit pro  
 vera emendatione eorum, quorum confessio-  
 nes auditurus est.

*Oratio ante audiendas Confessiones  
 facienda.*

Habeant igitur singuli versiculos illius Psal.  
 10. & orationem antiquis temporibus ab Ec-  
 clesia visitatam penes se in scriptis, cuius quidem  
 alterum exemplar in sacrario cuiuslibet tem-  
 pli (in quo suot Confessarij) deinde, alterum in  
 iutoribus in ipsis sedilibus, volumus affigi, ut ante-  
 quam ad confessiones aggrediantur, eam ut  
 simi-